



INSTITUTIONVM SEV ELE-  
mentorum D. Iustiniani, sacratis-  
simi Imperatoris

LIBER I.

PROLEGOMENA.

TITULUS I.

DE JUSTITIA ET JURE. a

a) Ius hic accipiendum est, pro arte juris: sicut in l. 1. princ. h. t. ubi jus definitur ars boni & equi. fac. §. 1. & seqq. h. t.

Partes huius tituli sunt V.

I. Definitio Iustitiae.

Iustitia est constans a  
& perpetua volun-  
tas, jus b suum cuique  
tribuendi.

a) Constans & perpetua  
voluntas, hic ponitur pro  
habitu: quippe sine quo  
constans & perpetua volun-  
tas esse non potest.

b) Absolute & in genere: non tantum id quod ex equa-  
litate, secundum proportionem, promanat. Ut vel hinc in-  
telligi possit, propositum hic fuisse definire & juris Studio-  
so ob oculos ponere, non particularem, sed universalem Iu-  
stitiam: quam Aristoteles lib. 5. Eth. c. 1. vocat δικαιο-  
νομιμον.

II. Definitio Iurisprudentiae.

§. 1. Iurisprudentia est a divinarum atque  
humanarum rerum

a) Clarius ita: Scientia  
A. 4.

Sci. in §. ult. §. 1.  
non. disciplinae hanc  
et pluri circa jus publ: quod  
Ulpian: in l. 1. §. 1. in princ.  
& sacerdotibus considerant  
et pertinet in hoc ad Iurispru-  
dentiam quod in l. 1. §. 1. in princ.  
de relig. servis, et hoc recte Iurispru-  
dentiam per se dicitur.